Nacion, i no para merito en ellos, ni en sus hijos; [2] pues aun no se les reparten en las tierras que ganarõ, migajas que desperdician avàros forasteros. [3]

El amor de la patria que suele preferirse al de los hijos, [4] me arrebatò (señor Excelentissimo) al parentesis, y a la digresion, de la lastima el sentimiento: que es muy sensible al coraçon cultiuar, y regar aquellas tierras nuestros Abuelos con sus fatigas, y sangre, y arrebatarnos con violencia otros el fruto (como escriuieron Solorzano,

1 Idem Solorz de iure Ind. 1. tom. lib. 1. cap. 16. cuius inscriptio est, *De ingenti gloria, & maiestate, quæ Hispaniæ Regibus, & Gentibus ob inventionem, lustrationem, & conuersionem huius Noui Orbis accessit* nu. 5. Sic contra æmulos Hispaniæ prorumpit: *Et vt alia deficerent, hæc huius noui Orbis detectio, conuersio, & subiugatio dequa in superioribus egimus per se sola sufficere posset, vt sempiternis ad memoriam titulis, & monumentis consignari debeant nomina Catholicorum Regum Ferdinãdi, & Elisabet, Caroli V. Imp. Optim. Max. & Philippi Secundi, Tertij, & Quarti sub quibus res tanta feliciter incepta felicissime continuatur, & adeò eximium incrementum quotidie habere dignoscitur. Simulque alma nostra parens Hispania, quæ tot præclaros Duces, Milites, Nautas, & Religiosos Viros produxit, qui se tantis laboribus, & periculis exponentes, hæc ingens, & incõparabile facinus operati sunt, & alterum prope terrarum Orbem ipsi Orbi communicarunt, & in veri Dei lucem, & cognitionẽ adduxerũt.* Quod latissime probat per totũ & prosequitur noster Peruntinus Magister Fr. Anton. de la Calancha, in sua Hist. Sancti August. Perù, & expendo illa Gregorij Lopez verba in l. 2. tit. 18. part. 2. vbi cum loqueretur de hac noui Orbis detectione, subiugatione, & ad nostram fidem conuersione, sic inquit. *Hi semper* (nempe Hispani) *fuerunt sapientes in bello, & rebus militaribus experti.* Vt habetur in l. 9. tit. 29. p. 2. *hodie etiam testantibus alienigenis virtus belli apud Hispanos.* Nonne vides quam præclara, gloria nostræ matri Hispaniæ iustissimè adquiratur propter Parentum nostrorum illustrissima facinora apud Indos?

2 *Ad hoc Conquisitorũ Indiarũ infortuniũ respiciens inuidus.* Ioann. Baupt. Rainutius in procemio. 3. vol. suarum navigationum. *Hispanos authores irridet, quod libris suis illorum nomina, & patriam sedulo inquirere, & commendare studuerint; cũ pro remunerandis seruitijs, neque ipsis, neque illorum filijs proficiant.*

3 Grata res non est hæc, ideoque eam remito ad illustr. Argentinum Archiepiscopum D. Fr. Gaspar à Villar. sup. lib. Iudic cap. 18. vers. 29. num. 50. pag. 628. vbi inter alia expendit mira eruditione (vt semper) illud Deut. cap. 28. num. 43. *Advena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: Tu autem descendes, & eris inferior. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei* (scilicèt præ paupertate) *ipse erit in caput, & tu eris in caudam:* Nonne est hoc, quod dixerat Zapata? (vt retulimus) & prosequitur alter. Grauissimus Episcopus Cusquensis Don Petrus scilicèt de Ortega Limensis in eleganti censura ad librum Illustrissimi Brizeño Chillensis, cuius verba refert Solorzano in polit. *lib. 4. cap. 19.* fol. 668. videndus de hoc argumento idem Solorz. *de Ind. iure, tom. 2. lib. 2. cap. 1. & 2. & 7. & lib. 3. cap. 19.* & nouissimè meus Collega D. Petrus de Bolibar, dilectus Benjamin Accademiæ Limensis, cuius nobilitas, virtus, & scientia sublimiora pettunt præmia, in suo memoriali. Quibus consonat Casiodorus lib. 1. var. epist. 7. *Iniquum est, vt de vna substantia quibus competit æqua successio alij abundanter affluant, alij paupertatis incommodo congemiscant.* Et epist. 34. *Copia frumentorum Prouinciæ debet primum prodesse cui nascitur, quia iustius est, vt incolis propria fæcunditas seruiat, quam peregrinis commercijs studiosæ cupiditatis exauriat, alienis siquidem partibus debet impendi, quod superest, & tunc de exteris cogitandum cum se ratio propriæ necessitatis expleuerit.*

4 Cicero 1. de offic. *Omnium societatum nulla est gratior, nulla charior quam ea, quæ cum Republica est vnicuique nostrum. Chari sunt parentes; chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria vna complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profuturus?* Et Philipp. Secund. *Attrocius est patriæ parentem, quam suum accidere.* Et prosequitur lib. 3. offic. & lib. 1. & 6. de Republ. Et Plato in Cratilo. *Patrem, vel matrem cogere non est pium; multo minus piũ est cogere patriam.* Valer. Max. lib. 5. cap. 6. in princip. & cap. 8. Fortunius Garcia in l. veluti, de iust. & iure, Tuschus pract. conclus. iuris, lit. P. concl. 133. Valençuela cons. 36. cum alijs adductis à Solorz. de crim. parricid. lib. 2. cap. 4. §. 123. & cap. 6. pag. 129, & à D. Hieronymo Altamira-

no, y Acosta,[1] y llorò tiernamente Virgilio[2] en cabeça de Melibeo. Y boluiendo à eslabonar el discurso, digo, que de esta Dignidad de Encomendero (que en Indias corresponde a la de Señor en Castilla[3]) gozaron nuestros ascẽdientes todos en los Reynos del Perú, y Chile: por lo paterno, el Coronel general Francisco del Campo nuestro Abuelo: el Capitan Iuã de Godoy nuestro Bisabuelo: el Capitan Iuan Matheo Rosa, y el Maestro de Campo D. Fernãdo de Cardenas, Padre, y Abuelo de nuestra Bisabuela Doña Isabel Rosa de Cardenas: y por lo materno, el Capitan Iuan de la Rinaga nuestro Bisabuelo, y el Rebisabuelo Francisco de Cervera Loaysa, todos nobles, leales, valerosos, y que à su costa, como antiguos Romanos,[4] sirvieron, y conquistaron, vertieron su sangre, y dieron sus vidas

 por

mirano in Rubrica Codicis de filijs offic. cap. 4. à nu. 18. *Exemplum præuet* (inter alios passim) *Aulus Fulvius Senatorius vir, qui filium literis, & forma decorum, è via qua pessimo consilio in Catilinæ signa concedebat retractum interfecit affirmans non se Catilinæ illum, sed patriæ aduersus Catilinam genuisse.* Refert Valerius lib. 5. cap. 8. Nec mirum, *quia dulcis est amor patriæ, & omni ratione valentior*, vt setinit Ovid. libr. 1. de Ponto, eleg. 4. & Plato. *Nullam in terris maiorem esse charitatem arbitratus est, quàm quæ cum patria est vnicuique nostrum.* Teste Sabell. lib. 8. cap. 1. *Vnde vnicuique propria patria maior, & præstantior alijs videtur.* Vt ait textus, & Glossa in l. fin. Cod. si seru. export. væneat, & Casan. in Cathal. glor. mun. part. 11. cons. 24.

1 Solorz. de Ind. iure, 2 tom lib. 2. cap. 1. numer. 54. ibi: *Vnde meritò quæri possent primi illi Cõquisitores, & hodiè poterunt qui eis successerũt, si ex tot, ac tantis Prouincijs, & divitijs suo sudore sanguine, & expensis, nostris Regibus partis nullum ipsi commodum, præmium, & honorem consequerentur.* Acosta de procur. Ind salu. lib. 3. cap. 11. fol. 318. ibi: *De hac Republica* (scilicèt Indiana) *benemeritis ipsius met emolumenta reddantur. Non est inanis, aut supervacanea vox hominum suo sudore, & sanguine partis, nouos, & nihil in Republica gerentes, præclari, frui vehementer expostulantium, idque non leuis iniuriæ loco exprobantium.* Et Zapata de iust. dist. 3. part dict. cap. fin. numer. 6. ibi: *Et cum ipsi laborauerint, alios vident, in suos labores, laborumque fructus introire, quod eis summæ tristitiæ est.* Quibus consonat Libanius in orat. Patrocli ad Achilem. *Absurdum est aliorum quidem esse labores, aliorum verò fructus.* Casiodorus lib. 2. epist. 24. *Nefas etenim est, vt in alios vsus transeant, quæ sibi subtracta non immeritò Roma suspirat.* Et Imperator in l. Præses, Cod. de servit. & aqua. *Cum sit durum, & crudelitati proximum, ex tuis prædijs aquæ agmem ortum, sicientibus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari.* Et ratio deducitur, ex cap. iam nunc 28. quæst. 1.

2 Virgil. eglo. 1. Melibæum deplorantem inducit quod agros in quibus ipse magnopere laborasset extranei suas segetes meterent. Et inquit *Impius hæc tamen culta noualia miles habebit: Barbarus has segetes? En quo discordia Ciues. Perduxit miseros. En queis consevimus agros* Vbi Barbarus pro extraneis, sivé alienigenis ponit, iuxta interpretationem communem, videndus Zerda Æneid. 7. vers. 685. & facit Erasmus in Addag. *Alienum arare fundum. Et alienos irrigas agros tuis sicientibus.* Et in Adag. *Alienam metis messem*, ait, *quod aliquoties fit, vt eiectis qui sementem fecerunt alij in eorum locum succedant, citraque laborem alienis fruantur sudoribus.*

3 Iuxta supra relata, fol. 21. in verso n. 4. ex Solorzano, Ant. de Leon, Acosta, & Matienzo.

4 *Veteres, Duces, & Milites Romani*, vt scribit Dionysius Halicarnas. lib. 4. *Vsque ad tempora Tulli Regis proprijs sumptibus militarunt.* Vel vt arbitratur Sabellicus lib. 4. Æneid. 5. *Vsque ad bellum Massinissæ cum Siphace.* Vel iuxta Titum Livium lib. 4. dec. 1. *Vsque ad Anxurij opp di captum, quod nunc Terracina vocatur, anno ab Vrbe condita 348. Quo tempore cœperunt Patres certa militibus stipendia præfigere, & solidis soluere, qua propter solidati appellati sunt, & hodiè quoque, apud nos* Soidados *dicuntur*, vt præter alios obseruant Petrus Gregor. lib. 14. sintagmat. cap. 10. num. 16. & D. Sebast. à Covarrubias in Thesauro linguæ Hispanæ, verb. *Soldado.*

por ſus Reyes, mereciendo algunos [1] juſtamente, la eternidad de la hiſtoria: [2] y ſi huviera igualado la fortuna al merito, y correſpondido al ſervicio el premio de los Conquiſtadores (ſegun enſeñaron vnos textos) [3] Titulos huvieran ſido, y lo fueramos ſus deſcendientes: pero quedonos para el luſtre el merito, [4] y para llanto ſu deſgracia, [5] pues murieron pobres, porque liberales gaſtaron ſus haziendas [6] en ſeruicio de nueſtros Reyes, ſin vincularnos alimentos, fiando de ſu grandeza el re-

1 Noſtrum Avum Paternum, & Proavum Maternum in memoriam repetunt Hiſtorici ſuis in locis repetendi, & noſtri Proavi Ducis, Ioannis de Godoy Conquiſitoris Chilenſis immemor non fuit Ercilla *in ſua Araucana, 2. part. cant.* 25 & Pater Alphonſ. à Ovalle *in ſua hiſtor. Relat. Regni* Chilenſis, *libr. 5. cap. 22. fol. 205.*

2 Plato in lib. de legib. *O Diuine!* inquit: *Poeta Tyrtæe, ſapiens certè, ac bonus eſſe videris, quia excellentibus eos extuliſti laudibus, qui in bello excelluerunt.* Cicero Philippica 14. *Nos præclare cum his agere, quorum virtutem, nec obliuione eorum, qui ſunt, nec reticentiam poſterorum ſepeliri patimur.* Et Plin Iun. lib. 5. epiſt. 8. *Mihi pulchrum in primis videtur non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum ſua extendere.* Et eidem argumento ſubſcribunt Theodoſius, in l. & virtutum, Cod. de ſtatuis, & imagin. Iuſtinian. in §. 1. inſtit. de excuſat. tutor & Iaſon in fine inſtitut. de actionib. vbi expendit doctrinam textus, in l. hæreditatum, in fine, ad leg. falcidiam.

3 Textus, & Gloſſa, in cap. dicat aliquis 23. quæſt. 5. (vbi Turrecremata) & textus in cap. ius militare, diſt. 1. & Ioannes Andreas in Rubri. de Rebuſ. Ecclet. & Greg. Lopez in l. 4. tit. 2. part. 2. & l. fin. eodem, & Plutarchus in Cæſar. ibi: *Spiritus Militum, animique ardores Dux ipſe xitat, atque alit, quando Honores, & dona largiēs oſtendit, ſe non ſui luxus, aut voluptatis gratia belo diuitiis parare, nec illas opes, ſeu communia virtutis præmia, apud ſe recondi, & in hoc tantum ipum eſſe diuitem, vt militibus præmia dare valeat.* Et melius, & in terminis Zapata de iuſtitia diſtribut. 3. par. cap. vlt. num. 33. cuius verba iam retulimus, fol. 18. verſo ex num. 10.

4 Plutarchus de Catone refert, cum in foro inſignium Virorum ſtatuas ſpectante, rogatoque cur ibi ſuam quoque non haberet. *Malo*, inquit, *percontari homines, cur mihi ſtatua poſita non ſit, quam cur ſit.* Plautus in Amphitr. *Virtus præmium eſt optimum. Omnia adſunt bona, quem penès eſt virtus.* Seneca de vita beata, cap. 9. *Itaque erras cū interrogas, quid ſit illud, propter quod virtutem petam? Quæris enim aliquid ſupra ſummum. Interrogas, quid petam ex virtute? Ipſam. Nihil enim eſt melius, ipſa pretium ſui eſt.* Iuxta illud Claudiani in Conſ. Manl. *Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque latè. Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis. Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi.* Stobeus. *Ariſtotiles præcipuam dignitatem eſſe dicebat non ſungi honoribus, ſed ab alijs dignum honore iudicari.* Et Divus Chryſoſt de reparat. Lapſi, ibi: *Honor verus virtus animi eſt, hic honor, nec à Cæſaribus præſtatur, neque adulatione conquiritur, neque pecunia præparatur, nihil fuccati in ſe habet, nihil ſimulati, nihil occulti, huius honoris ſucceſſor eſt nullus, nullus eſt acuſator, nullus ingratus.*

5 Democritus Sapiens Philoſophus: *Quemadmodum corpori, ſic, & familiæ, vitæque morbus accidit.* Stobæus in ſerm. de virtute, quæ eſt in ordine prima, ibi: *Quemadmodum cæcus, ſiuè lumen habeat, & claritatem viſibilem, ſiuè in tenebris degat, ſemper miſer eſt, ſic infælix ſemper malus habetur, ſiuè adſit materia, ſiuè deſit.* Menel. apud Euripidem in Helena, ait: *Viri eſſe generoſi lacrymas in aduerſis rebus fundere.* Et melius Evandri mater filium, *apud Ovid. 1. faſt.* ſic allocuta. *Fortuna viriliter, inquit: Siſte puer lacrymas, iſta ferenda tibi eſt. Sic erat in fatis, nec te tua culpa fugauit. Sed Deus, offenſo pulſus, es vrbe Deo.*

6 Pompon. Letus in Dioclef. *Eſt eius qui liberalis ſit vehementer excedere, ita vt ſibi ipſi pauciora relinquantur, nam ad ſe quidem non reſpicere liberalis eſt.* Divus Ambr. lib. 1. de viduis: *Nemo plus tribuit, quam qui ſibi nil relinquat.* Et lib. 1. de offic. *Dominus non vult, ſimul effundi opes, ſed diſperſari, niſi fortè, vt Eliſæus boues ſuos occidit, & pauperes pauit de eo, quod habuit, & nulla cura teneretur domeſtica.*

remedio, y de su justicia las mercedes.[1]

Aqui terminàra (Señor Excelentissimo) el memorial de nuestros meritos, si liberal el Cielo con nosotros no nos huviesse formado hijos, nietos, viznietos, y rebiznietos de varones excelentes, y si los Doctores[2] no enseñaran, que los servicios de los padres passan à los hijos para el premio, comunicandoles en la generacion el mismo titulo, y derecho que ellos adquirieron para la remuneraciõ cõ el merito, segun prueban S. Chrisologo, y Paschalio,[3] porque à la verdad no puede dezirse transito de servicios en derecho, lo que en la identidad de vna persona presumpta es perseverancia de ellos, como advirtiò David[4] à Salomõ en el premio de los hijos del Galaadites su aposentador, attribuyendo les à ellos el servicio q̃ avia recibido de su padre en ocasion que se reti-

1 Xenophon. in lib. de laudibus Agesilai. *Boni Regis officium est, vt plurimis eos bonis cumulet, qui sub Imperio suo constituti sunt.* Pompon. Letus in Diocles. *Potissima dos in Principe liberalitas, & clementia.* Procopius in Genes. cap. 2. *Vt ignis est, vt vrat, & lucem præueat, sic Regis est, vt benefaciat, & puniat.* Et Philostratus in vita Apollon. lib. 5. cap. 13. Vespasian. Aug. sic consulit. *Diuitias igitur magni estima, non quæ in occulto reposita iacent, quid enim hæ ab arenæ cumulo differunt? Nec eas, quæ ex collatione tributorum à gementibus hominibus proueniunt. Diuitijs autem optimè, supra omnes Reges vteris si eas egentibus communicaueris: Diuitibus autem permittes, vt facultatibus suis tuto frui possint.* Et Cicero 2. offici. *Danda est opera, vt his beneficijs, quàm plurimos afficiamus quorum liberis, posterisque prodatur memoria.* Quod eleganter, & in nostris terminis filiorum Conquistitorum prosequitur nouissimè Illustriss. Villaroel in lib. Iudic. cap. 6. pag. 215. omnino videndus, & Zapata de iustit. distribut. 3. part. dict. cap. vlt. num. 33.

2 Præter relatos, fol. 14 invex. num. 4. doctè advertunt, & consentiunt, Soccinus *consil.* 84. *num.* 7. *lib.* 3. Decius *cons.* 262 *num.* 5. Surdus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 65. *num.* 41. Paschalis *de virib. patr. potest. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 43. Vincentius Annius *allegat.* 50. *num.* 12. Cabedus *decis.* 36. *num.* 14. *part.* 2. Valençuela *cons.* 84. *n.* 157. Gilhausenus *in arbor. iudic. crim. cap.* 5. *num.* 3. *de exception. num.* 78. Escobarius *de puritat. sang.* 1. *part. quæst.* 1. *Proœm.* § 3. *num.* 12. Ioanes Salgadus Araujo *en la ley Regia de Portugal, disc.* 1. *num.* 37. Et novissimè Don Hieronymus Altamirano *super tit. Cod. de filijs offic. Milit. tractatu* 2. *cap.* 13. *per totum.*

3 Divus Chrysologus serm. 8. *Oratores magni, & excellentes ingenio, quoties illustrium Virorum parant narrare virtutes, avos, atabosque commemorant, vt ad honorem præsentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum, filiorum redundet ad gloriam. Maior est innata gloria, quam quæsita: præcedit quod venit ab origine, quod sequitur ex labore: gloriam beatius est habere, quam quærere. Hinc est quòd Evangelista, vt extollat Ioannis gloriam Zachariæ patris Elisabeth matris genus dicit, avos memorat, scribit merita, loquitur titulos, gradus digerit, vitam pandit, dilatat insignia, prædicat sanctitatem.* Et Paschalius *de virt. patr. potest. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. Nec mirum, nam vt inquit Marsil. Fic. l. 3. epist. *Patris familias officium est, filios collere, quasi propriæ vitæ propaginem, & proprio exemplo optimè regere tanquam membra.* Et lib. 5. Ethicor. cap. 6. *Liberi in membris patris sunt habendi, & sibi nemo vult obesse.* Et Plato 11. de leg. *Parentes amant suos filios, sicut sui aliquid existentes; filij autem parentes, vt ab his aliquid existens.*

4 David 3 Regum 2. *Filijs* (inquit Salomoni) *Berzellai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua; occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalom fratris tui:* At licèt beneficij non immemor, benefactoris tamen David videtur oblitus? Siquidem non filij, sed Galaadites ipse parens Regi laboranti navavit opem. 3. *Reg.* 19. *Erat autem Berzellai Galaadites Senex valdè, id est, octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi cum moraretur in Castris.* Novit ergo David, & si non virum eundem, eundem benemerentem fibula sanguinis effici, vereque in eo eventu filios opem erogasse, sed manibus paternis. Adeas Beyerlinch *in Theatr. lit. H. pag.* 156. & *lit. P. pag.* 40.

retirava prudente de las iras del sacrilego Absalon: siendo tan justa esta inherencia de servicios de los padres en los hijos, que le arrebatò a Dios en las Diuinas letras [1] la atē cion, y en las profanas conceden las leyes [2] muchos privilegios à los hijos, y perdonan graues delitos por sus padres en opinion de los Interpretes, [3] como si ellos mismos con virtudes propias redimiessen sus maldades, segun sienten vnos textos, [4] y se executoriò en la celebre sentencia que diò el Senado à vno de los tres hermanos Horacios, compensando la atrocidad del Parricidio con la gloria de sus

1 Deus cernitur Ismaelem in Abrahami respectum, *Gen.* 17. Et in Lothi, eius posteros, *Deuteron. cap.* 2 In Esau, Moabitas *secundum Augustinum, quæst.* 44. *in num.* In Tobiæ, parentis filium, *Tob. cap.* 10. Et quis ignorat, Deum plurima olim condonare Davidis Domui, Abrahamique posteris eo nomine, quod prius, quàm nascerentur in stirpe parentum pro meruerāt, & facit ex pluribus illud, *Deuteron.* 17. vbi Principi iustitiam colenti remunerationem pollicetur, filio gubernacula non defectura, ibi: *Vt longo tempore, regnet ipse, & filius eius super Israel.* vbi Ioannes Salisberiensis *in Policrat. lib.* 4. *cap.* 10. *in princ.* Tradidit *hanc è divino Iudicio descendere remunerandi formam, vt paterna imperia in filijs stabiliantur; etenim ex patria virtute provenit, vt filijs diuturnum moderamen consistat,* & non dissimile est, *Proverb.* 11. *vers.* 21. *&* 14. *vers.* 22. *&* 26.

2 L. vacatio 8. de munerib. & honor. l. 1. l. immunitates 4. ff. de iur. immun. l. emancipatum 7. ff. de Senatorib. l. Veteranis 3. ff de Veteran. l. isti quidem 8. ff. quod met. caus. l. honor 5. l. si matrem 9. l. Decurionum 12. Cod. de pen. l 2. §. vlt. Cod de Episcop. & Cleric. l. Divo Marco 11. Cod. de quæstion. l. cum advocatio 8. l. post duos 15 in princip. l. ad similitudinem 16. Cod. de advoc. 1. l. 2. Cod. de advoc. 2. l. Medicos 8. & l. fin. Cod. de professor. & Medic. lib. 10. l. 1. & 2. Cod. de privil. eor. qui in Sacr. Pal. mil. l. iubemus 5. Cod. de silentiar. & Decur. l. 2. Cod. de Comitib. Consist. l. in sacris 9 & 12. Cod. de proxim. sacr. Scrin. l. hac saluberrima 2. Cod. de præpos. agent. in reb. lib. 12. videndi Platea *in d. l.* 2. *Cod. de Comit. Consist.* Antonius Faber *in papin. tit.* 8. *princ.* 7. *illat.* 16 Accacius *de privileg. Veter. in princ. num.* 18.

3 Multa conferunt Ærodius *rer. iudicat. lib.* 6. *tit.* 1. *cap.* 15. Tiraquellus *de pœnit.* temper. *caus.* 31. *num.* 9. *& caus.* 49. *num.* 10. *& de Nobilit. cap.* 20. *num.* 108. *cum seqq. & in l. si vnquam*, verb. *Donatione largitus, num.* 40. Decianus *Respons.* 16. *num.* 7. *lib.* 3. Grammaticus *decis.* 23. *num.* 14. Matienzus *in l.* 5. *glos.* 3. *num.* 5. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* Mastrillus *de Magistratib. lib.* 6. *cap.* 10. *numer.* 143. Carolus Maranta *part.* 2. *Resp.* 43. *num.* 91. Pizarrus *in vita Gundisalvi, Pizarro cap.* 1. *in princ.* latè Peruntinus D. Didacus Altamirano *in allegat. pro Duce de Arschot, à n.* 819. et eius filius D. Hieronymus Altamirano *ad legem* 3. *Cod. de filijs offic. dict. cap.* 13. *à n.* 4. & consonat Valerius lib. 8. cap. 1. num. 6. ibi: *Propter vetustissimam nobilitatem, & recentem patris memoriam absolutus est.* Et Livius *lib.* 2. *cap.* 58. *& lib.* 4. *cap.* 41. vbi exempla referunt filiorum, qui veniam delictorum obtinuerunt pro remuneratione parentum.

4 Textus in cap. fin. 22. quæst. 1. l. 2. §. Posteà, cum Appius, ff. de orig, iuris, l. non omnes 5. §. vlt. ff. de re militari, l. 1. in fine, de Constit. Princip. l. 1. & vlt. tit. 32. part. 7. l. 49. tit. 18. par. 3 vbi Gregorius, verbo *Por recibir*, l. 51. ad fin. eodem titulo, Cassanæus *in Catal. glor. mun. part.* 6. *consid.* 19. Iulius Clarus *sent. lib.* 5. *§. fin. n.* 27. Suarez *lib.* 5. *de legib. c.* 11. *n.* 9. Gratianus *discept. c.* 179. *n.* 23. Ayala *de iure bell. lib.* 3. *c.* 9. *cū alijs*, vnde Demostenes *orat. in Septinē* Chios cōmendat. Qui acceptis quondam a Chabria beneficijs nouas eiusdem iniurias deleuere, ne quod semel concesserant retractarent. *Iam illud quoque Athenienses* (ait) *providendum est, ne gratitudine à Chijs Superemur. Nam si illi, quos armis hostiliter invasit, nihil ei nunc, quod olim dederant, ademerunt, sed plus valere passi sunt vetera beneficia, quàm recentes offensas,* & noster Abulensis in 2. Reg. cap. 20. quæst. 21. *Credendum tamen est, quòd si istud bonum, quod delinquens egit Reipublicæ sit super excellens valdè, quod possit Princeps invita parte remittere pœnam.* Cui consonat textus, in cap. Pastoralis 28. in princ. de offic. deleg. ibi: *Dignitati defferas, & personæ.* Et conveniunt Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 10. *§. de Saluo conduct. num.* 3. Tassonus *de Antefat. vers.* 3. *observ.* 1. *num.* 12. Xammarius *de offic. Iudic. & ad voc. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 69.

sus triunfos, como refiere Iornandez. [1]

Y si bien los hechos de los mayores son como flores, y aromas, en pluma de San Basilio, [2] que mientras mas las tratan, mas tracienden, y recrean, no me valdrè de todos, ni harè ostentacion de todos, porque escrivo memorial, y no historia, como lo apũtaron el discreto Plinio, y Sidonio; [3] solo representarè por vna, y otra linea de nuestros progenitores, dos letrados de opinion, y dos soldados de fama, que celebran las historias, [4] pues segun enseñò Iustiniano, [5] son las armas, y las letras los fundamentos de las Republicas: y añadirè pocos mas colores al dibujo q̃ hallo bosquexado en sus relaciones, y papeles de la Secretaria de Indias; excusando de esta suerte los temores que afligieron al de Kempis [6] al referir los meritos de San Fulgencio, y cumpliendo la obligacion del Eclesiastico, y el Chrisologo [7] en alabança de nuestros esclarecidos ascendientes.

El Doctor Don Iuan del Campo Godoy nuestro padre, y señor (dexando aparte sus primeras ocu-

N pa-

1 Iornandes *lib. 1. de Regnor. ac tempor. success.* refert Horatiorum eventum celebrem, quæ trifida proles, cum tribus pariter Curiatijs Albanis fratribus singulari certamine de rerum summa conflixerat, victoriamque reportans superites Horatius vnus, sororem pugione cõfodit, Reus parricidij factus. Inter crimen, & meritum vacillauit iustitia; tandem victoria vicit, triumphusque venia damnatus est: *Abstulitque* (ait Iornandez) *virtus parricidium, & facinus infra gloriam fuit*. Et Rhodij quidquid in *R*omanos insulæ arma peccauerant, antiquis officijs condonandum vrgebant, teste Livio *lib. 45. cap. 24.* ibi: *Patrum nostrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, expleat.*

2 Divus Basil. hom. in Gord. Martyr. *Sicut enim aromata tunc maximè spirant, cum vel confricantur, vel conteruntur, sic Maiorum opera; tunc maximè mouent cum laudantis oratione explicantur; sicut etiam oues* Iacob *intuentes virgas maculosas, & varias similes agnos pariebant, sic iuxta exempla, quæ cernimus, siuè bona, siuè mala voluntas hominis operatur.* Et eidem subscribunt Divus Gregor. *lib. 22. moral. cap. 7.* Casiodorus *lib. 1. epist. 13.* Aristot. *lib. 34. Æthic. cap. 6. & lib. 2. polit. cap. 6.* Cicero *Philipp.* 14. cum dicit: *Quorum virtutem, nec obliuione eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum sepeliri patimur.*

3 Plinius Iunior lib. 7 epist. 16. in fine: *Aliud enim est epistolam, aliud historiam scribere.* Sydon: lib. 1. epist. 2. *Et ego non historiam, sed epistolam efficere curaui.* Et lib. 3. epist. 3: *Sed quid ego ista, hec iusto plusculum garrio, qui laborum tuorum nõ exacto historiam texere, sed pro parte memoriam facere præsumpsi.*

4 Vt constabit infra suis in locis, referendo singulas, singulis.

5 Iustinianus in l. 1. in princ. Cod. de Iustin. Cod. confirm. ibi: *Summa enim Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum oritur, vimque suam ex indemanivit. Armorum scilicet, & legum.* Onosander *de re militari, lib. 2. cap. 33. fol* 49. Fr. Marcus Anton. de Camos *in microcosm. 1. part. dialog. 10 pag. 135. col. 1.* cum alijs supra relatis, *fol. 4. num. 5.*

6 Kempis in vita Divi Florentij in princip. num 4. ibi: *Laboriosum opus, quod agredior, & quod scientiam meam, ac vires imbecilles excedit, nam potius eligerem ab alijs dictitata in silentio legere, quàm rusticitate mea claritatem illustrium Virorum barbarizando obscurare. Fateor namque imperitiam meam non posse sufficere ad tanti patris vitam describendam. Denique durum, & ingratum mihi indigno videtur, si tam dilecti patris virtutes reticerem, qui mihi, & multis alijs benefecit in vita, cuius memoriam inter deuotos opto semper, & vbique florere.*

7 Ecclesiastici cap. 44. *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua; multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à seculo.* Et cap. 3. *In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt superveniat tibi benedictio à Deo.* Et Deuter. 5. *Honora patrem tuum, & matrem, sicut præcipit tibi Dominus, vt longo viuas tempore, & benè sit tibi in terra.* Et Chrysologus serm. 10. *Revera filium se nescit, visceribus caret, naturam negat, ingratus est patri, qui authorem vitæ*

sua

paciones en ſervicio de ſu Mageſtad, no por pequeñas, como dixo Ciceron,[1] ſi por tenerlas ya repreſentadas la docta Vniverſidad de Lima al Rey nueſtro Señor, q̃ eſtà en gloria,[2] fue Miniſtro muchos años en las Chancillerias de Quito, y de los Charcas. Nunca tuvo en ellas ſu Mageſtad otro primero en las letras, mayor en la limpieza, ſuperior en la juſtificacion. Fue docto ſin altiuez,[3] limpio ſin afectacion,

ſuæ non obſequijs placat, non devincit cultu; muneribus non honorat. Ariſtoteles lib. 9. Ethic. cap. 2. *Vt Dijs ſic ſuus honor tribuendus eſt parentibus: non omnis quidem, ſed patri, is qui patrem; matri, is qui matrem decet.* Et Plato 11. de leg. *Exiſtimandum eſt, nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrum nos habere debere quam patres; & avos, matreſque ſimul, quibus honoratis Deus gaudet.*

1 Cicero pro Deiorato, & leg. Manil. ibi: *Frugi hominem dici, non multum habet laudis in Rege fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæc ſunt Regiæ laudes, illa priuata eſt.* Horat. ad Piſones, *& quæ deſperat tractata niteſcere poſſe relinquit.* Videndus eruditus Mag. Marquez, lib 1. gubernat. Chriſt. cap. 31. in fine.

2 Noſtra Limana, & nobilis Academia (ſic eã appellat Solorzanus *de iure Ind. tom. 1. cap. 6. nu. 46.*) per ſuum Procuratorem D. Nicolaum Polanco de Santillana, equitem Divi Iacobi, in eloquenti memoriali ad noſtrum Pijſsimum Philippum Quartum, ſic inter cæteros illius Academiæ præſtantiores filios, & Peruntini Regni, Viros, merita noſtri optimi parentis proponit. *El Doctor Don Iuan del Campo Godoy, hijo del Coronel, que con ſu ſangre dexò rotulado ſu valor a ſus deſcendientes, y a los ſiglos ſu opinion, muriendo à lançadas en el ſeruicio de V. Mageſtad, y èl con ſus eſtudios, buena conciencia, integridad, y zelo, eſtà con canas, y ſin premio, auiendo ſido Cathedratico de Inſtituta, y ſiendo Cathedratico de Viſperas actual, y Cathedratico de Prima de Canones en ſubſtitucion, por auer jubilado el Proprietario, Maeſtro caſi de todos los que regentan las demas, Abogado, y Aſſeſſor de los Indios, y en cuya verdad, y atencion deſcanſan los Virreyes ſu proteccion, y cuydado, y a cuya direccion cometen los negocios más arduos por aſſeſſoria; con ſus hijos, pobre, y noble, otro exemplar de Iuez ſin toga, pero a ninguno ſe le ha retardado tanto, teniendola tantos diſcipulos ſuyos, y que con repetidos informes los Virreyes, y demas Tribunales han importunado à V. Mageſtad le honre, viendoſe embaraçados en la juſticia que de ſu parte tiene.* Hæc ſunt noſtri Limani lycei verba omnia notatu digna. *Verum ex illis tria præmito, quæ præclariores noſtros parentes deſignant. Primum ſingularem retardationem Togæ, erga noſtrum ſapientiſsimum patrem. Secundum illius repetitionem, ex debito iuſtitiæ inter celebriores, & excellentiores illius Muſæi, & Regni viros, quos remunerandos Regi Opt. Max. proponit; & tertium anthonomaſiam, qua vtitur ad deſignandum noſtrum fortiſsimum Avum Franciſcum del Campo per agnomen vulgo* Coronel, *vt idem eſſet referre in Peruntino Regno, & Chilenſi noſtro idiomatè* el Coronel *quod* Frãciſco del Cãpo, *tanta ac talis fuit eius aduerſus indomites Chilenſes fortitudo, vt meritò nomen* Coronel, *tam Indi quàm Hiſpani, vſque in præſentem diem illi arrogauerint, & eodem modo locutus fuit Pater Alphonſus de Ovalle, de noſtro Avo,* in ſua hiſt. Relat. Regn. Chil. lib. 6 cap. 7. fol. 233. col. 2. in fine. *Et extat perpetuum monumentum in quadam Inſula Archipielagì Chiloe, vulgo dictà* la punta del Coronel, *in memoriam noſtri extrenuiſsimi avi eo ſcilicèt, quod illic magnis laboribus, & periculis perueniſſet anno 1600. ad debellandum ſacrilegum Pyratam Batavum, qui Vrbem Caſtro, occiſis noſtris Hiſpanis, eorumque vxoribus, & filijs captis, tradendiſque Barbaris* Indicis, *cum quibus fœdus inierat tenebat. Sed delictum cum morte commutauit ſacrilegus, & noſter avus triumphator victoriam decantauit, Innocentiam redemit, & Vrbem iterum ſub* Imperium *noſtri Philippi Tertij ſubiugauit, vt inferius conſtabit.*

3 Divus Greg. lib. 23. moral. *Vera ſcientia afficit, non extollit; nec ſuperbientes quos impleuerit, ſed lamentantes facit, qua quiſque cum repletus fuerit, priori loco ſe ſcire appetit, & iam ſui conſcius, tanto per illam robuſtius ſapit, quanto ſe infirmum in illa verius recognoſcit.* Divus Ambr. ſuper epiſt. Paul. *Sicut vinum non temperatum admixtione aquæ mentem alienat: ita, & ſcientia ſuperbum facit, niſi fuerit charitate temperata.* Iuxta illud Divi Pauli 1. Corinth. 8. *Scientia inflat, charitas verò edificat. Si quis autem ſe exiſtimat aliquid ſcire nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire.* Et Sanctus Iſidor. lib. 3. de ſummo bono. *Plerique accepta ſcientia literarum, non ad Dei gloriam, ſed ad ſuã laudem vtuntur, dum de ipſa extolluntur, & ibi peccant, vbi peccata emendare debuerunt.* Hinc Lucifer qui inter Seraphim numeratur. Cherub extentus, & protegens dicitur Ezech. 28. & non Seraph. *Vt inſinuetur,* teſtè Carthuſiano in cap. 10. Cœleſt. Hier. art. 5. *Quid fuerit ei incitamentum ambitionis, &* Lapſus, *quod fuit excellentia ſuæ ſcientia; non divini amoris, ſcientia enim inflat.*

cion [1], y sin vanidad justificado: [2] Iamàs se rindiò cobarde al poder en la justicia, [3] no le arrastrò la passion, ni menos se le atreviò el interès: [4] temiòle con respeto el delinquente, y miròle con afecto el inocente; [5] amòle el vno, y veneròle el otro, [6] porque supo vnir a

1 Plutar. in Arist. *Viri boni aduersus omnia amicorum munera bellum tale non suscipiunt, quod cōponi, nulla pace, aut conditione possit, sed ea quæ ad reponendum, & diuitias parandas expectant illiberalia iudicantes, non tamen ea repudiant, quæ liberalitati nullum lucrum admittendi, & splendori seruiunt.* Iustinianus Novel. 17. de mandat. Princip. § 5. ibi: *Festinabis etiam Consiliarium, & quicumque fuerit circa te, assumere virum optimum, & purum vndique, & contentum ijs, quæ à fisco dātur, & si quid præter spem accesserit, & non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio verò vteris Consiliario legem, & iustitiam, cum puris servante manibus.* Quod præclarum consilium ad litteram observauit hoc Regium Indiarum in translatione optimi parētis nostri, ex Quitensi Senatu ad Argentinum, subrogando eum, vtpotè virum purum, & custodientem fidem, & iustitiam, cum manibus puris in locum alterius Senatoris, qui non talis videbatur inimicorum oculis, licèt verè esset vir optimus, fidelis, & purus.

2 David Psalm. 130. *Domine non est elatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* Et ibi Titelman pag. 1481. Divus Gregor. *lib.* 24. in Iob cap. 14. *Vnusquisque superbus Rector toties ad apostatiæ culpam dilabitur, quoties hominibus præesse delectatus, honoris sui singularitate delectatur.* Innocentius de vilit. condit. hum. *Ambitiosus statim, vt est ad honorem promotus in superbiam extollitur, in iactantiam effrænatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, quia cernit se superiorem.* Ferus in Matth. cap. 18. *Insolens pestis est ambitio, nam omnibus alijs superatis vitijs; tum primum maximè irrepit appetentiam laudis, & complacentiam sui ipsius.* Et Bovadilla omnino videndus *lib. 2. pol. cap. 8. per totum.*

3 Iuxta illud Eccles. cap. 7. *Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, nec extimescas faciem potentum, & ponas scandalum in agilitate tua.* Quod exponunt Simanchas *de repub. lib. 5. cap. 7. num. 2. & lib. 6. cap. 9.* Aviles *in cap. 2. prætor. Glossa* En justicia, *num.* 2. Et facit August. de tempore, serm. 118. *Iudex enim bonus, & constans ne sanguinem Innocentis addiceret, nec invidiæ cedere debuit, nec timori.* Cui subscribit textus, in cap. ostendit 23. quæst. 3. ibi: *Ostendit nec illos immunes à cæde esse, qui permiserunt Christum Principibus interficere, cum præ multitudine timerent, & possent illos à facto, & se à consensu liberare.* Quibus consonant iura in Procem. 3. part. & l. fin. tit. 10. part. 2. & l. 18. tit. 9. part. 2. Herod. *in comp. Iudicis, cap. 19. fol.* 80. Ribadeneyra *de Princip. Christ. lib. 2. cap. 12. pag. 399.*

4 Textus in cap. 1. de re Iudic. in 6. *Nil vendicet odium, nil favor vsurpet: timor exulet, præmium, aut expectatio præmij, iustitiam non evertat.* Et cap. 1. 15. quæst. 7. cap. de Ecclesiasticis 25. quæst. 1. l. fin. al, Cod. de pœn. Iud. qui mal. iud. auth. ius Iuran. quod præst. ab his. Et Episcopus Simancas lib. 5. de repub. cap 6. *Oportet enim sine lucri, & dignitatis respectu iudicare, & iustitiam omnibus alijs rebus anteponere; hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit: quasi verò is infirmior sit habendus, quam illi quorum potentiæ metu præter ius fertur calculus, nam Dei potentia est iustitia, ergo qui in magnatum gratiam prævaricatur potentiores illos, quam Deum facit.* Cassianus in Psalmos. *Iustitia non novit patrem, non novit matrem, veritatem novit, personam non accipit, Deum imitatur.* Petr. Rau. in quadam epist. *Nihil adeò gloriosè lucet in Iudice sicut amare, & exhibere iustitiam, sine omni acceptione personæ, nam talis debet esse iuris minister, vt in eius manu nullius authoritate personæ titubet, aut vacillet libra iustitiæ.* Et rectè nam Cicero lib. 2. de orat. ait: *Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut letitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij forma, aut legibus.* Philon. Iudæus *in lib. de Iudice,* Menochius *in præfat. de arbitrarijs,* & alij, apud Bovadill. *in polit. lib. 2. cap. 2. & 11. & lib. 3. cap. 9. cum seqq.* & Solorzan. *in polit. lib. 5. cap. 8. fol. 813.*

5 Cassiodorus lib. 7. epist. 1. *Signa tua abactores timeant, fures pauescant, latrones perhorreant: innocentia tantum læta respiciat, dum sibi auxilia venisse credit, quæ legum disciplina transmisit.* Patricius lib. 1. de Rep. tit. 5. fol. 19. *Defendat, ac tueatur bonos, malos autem supplicio afficiat: ea tamen ratione, vt malit Cives emendare, quam interimere.* Et Aristot. lib. 5. polit. cap 2. *Denique opus est, vt propter virtutes ament, propter potentiam à malis timeant, qui firmum principatum cupiunt optinere.*

6 Plutarchus in compar. Pelopidæ, & Marcelli. *Præstantius quiddam, & maius est admirationem suæ virtutis, in hostium animis, quæ eis sæpè incommodauerit, quam apud amicos gratiarum actionem* exi-

a la autoridad lo afable, al oficio lo cortès, y la piedad a lo seuero, como aconsejo Simancas. [1] Fue estimado, y venerado contra el parecer de Seneca [2] de sus mismos compañeros, [3] porque prudente, y sabio, se portò modesto, sin elacion, ni arrogancia (segun enseñan los politicos;) [4] padre de pobres, y miserables Indios le acredito en vida su defensa, obrando en ella, lo que de Agesilao Emperador refiere Xenophonte, [5] y le alaba-
ron

exitare, quippè in illo honestari, tanquam honor delatus apparet: in hoc vtilitas, & commodum magis, quam virtus amatur. Vnde Divus Chrysostomus ad finem homiliæ Prior, de Cruce, & latrone, ibi: *Nec enim tantum nobis præstat pro amicis ratio, quantum pro inimicis deprecatio.* Augustinus. *Amicos, & benefactores quis non amet?*

1 Simancas lib 8 de Republica, cap. 32. pag. 496. num. 4. *Quamvis enim præfectura Vrbis satis magnam authoritatem habeat, nihilo tamen minus necessè est, vt Præfectus Vrbis placidè pertractet Civium animos, & captet voluntates eorum, præsertim Senatorum, & illustrium, atque nobilium salvis legbus, & iustitia, saluo officio, & authoritate, nec enim laudandi sunt, qui sibi subiectos nimis aspere tractant.* Tacitus *in vita Agricolæ, cap. 9.* de ipso scribit. *Vbi Conuentus ac iudicia poscerent, grauis, intentus, seuerus, & sæpius misericors. Vbi officio satisfactum, non vltra potestatis persona, tristitiam, & arrogantiam, & avaritiam exuerat.* Quia vt inquit Mendoza in virid. libr. 1. de Floribus Sacris, per vigil. 6. numer. 34. *Homines facilius humanitate, quam seueritate consiliantur.* Quod eleganter multis adductis probat, & Sanctus Athanasius lib. 3. contra Arrian. ibi: *Qui poterat ex ipso cœlo legem dictare, notat vtile eße hominibus, si è Sinai eam promulgaret, idque ideò fecit, vt & Moyses ascendere posset, & illi de proximo sermonem audientes melius crederent.* Et alibi prosequitur sic *Ideò hominum amator Deus corpus sibi assumpsit, homo inter homines versaturus, vt hominum sensus præoccuparet, vt homines humana sola cogitantes quocumque suos sensus conferunt, ibi se anticipari, præoccuparique notionibus animaduerterint.* Et Chrysologus serm. 118. *Ad Domum Petri venit Christus, vt Domus Petri veniret ad Christum.*

2 Seneca lib. 2. de ira: *Inter istos quos Togatos vides, nulla pax est, alter in alterius exitium leui compendio ducitur; nulli, nisi ex alterius damno quæstus est. Felicem oderunt, infelicem contemnunt. Maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus. Omnia perdita ob leuem voluutatē, prædam capiunt.* Cui adstipulantur, & in eandem sententiam consentiunt. Cicero *Philip. 10. & 11. & in orat. de Provin. conf. & 3. Thuscul.* Et Cornelius Tacitus *in lib. de oratore.*

3 Vt constabit ex singulari testimonio in calce huius memorialis referendo.

4 Pluribus adductis docent Solorzanus *in polit. lib. 5. cap. 8. ad vers. 4 5. & 6.* Melch. Iunius, *4. Polit. 25.* Calixtus Ramirez *de lege Regia, §. 10. num. 19.* Brantius *de Senator. lib. 2. cap. 17.* Don Ioannes de Vera Comes de la Roca *in suo legato, disc. 1. pag. 7. & 8.* ad quod respexit Sarisbiriensis, lib. 8. Policrat. cap. 5. *Nimio sui capiuntur amore sicitores gloriæ, qui dum nubes, & inania captant, obliviscuntur sui: cum tamen, nihil aliud, quam se oculis contueantur iniquis. Nolunt enim apprehendere, quod sunt, sed phantasticas dumtaxat vanæ opinionis sequuntur vmbras; siquidem alios spernunt præse, & adspirant ad impossibilia, de fallaci rerum præsumentes imagine.* Et Eusebius apud Stobeum, serm. 23. *Plurimi cum velint haberi, quam consultissimi, si qua in re familiarissimi beneuoli ipsis homines eos dehortentur, nolunt à confirmato, semel intra se proposito recedere: sed ne redarguantur consilio suo, tanquam prauo desistere, permanent in proposito, donec tandem inde præfecta incommoda sentiant.* Et Plato lib. 5. de leg. *Quapropter qui se amat cum seipsum magis, quam veritatem honorandum putet, quid iustum, bonum, & pulcrum sit, male iudicat. Decet sanè cum qui magnus vir futurus est, neque seipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, siuè à se ipso, seu ab aliquo quovis gerantur. Cum verò nec alijs committamus facultatem agendi, quæ ipsi facere ignoramus facientes ipsi errare compellimur.* Et Alciatus eleganter, *emblem. 69.*

5 Xenophon. in vita Agesilai. *Scimus omnes Agesilaum, vbicumque se profuturum patriæ putaret, non labores subterfugisse, non recusasse pericula, non pepercisse facultatibus, non corporis, non senectutis vsum excusatione fuisse.* Bastissimus patebat Campus, vt per has Magni Agesilai laudes, percurrerem optimi mei parentis virtutes, circa bonum, & defensionem Indorum, quibus non defensor, & protector fuit, sed dulcissimus pater; pro quorum amore proprios genitos dare non recusaret, vt illos à servitute redimeret; nec erubuit resistere potentum Tyranidi; nec pepercit facultatibus: clamant vbique propriæ ædes, & domus factę Indorum Receptacula, Hospitia, &
Hos-

ron ſentidos todos en muerte [1] de Oydor pio, y juſticiero. Muriò pobre, y adeudado, [2] ſegun predicò de ſu padre el Nazianzeno, [3] porque temiò a Dios en ſus cargos [4] como buen Chriſtiano, y venerò al Rey [5] en ſu lugar (ſegun

O en-

Hoſpitalia; nec dubitavit multoties interiorē tunicā exuere in porticis, vt ea illos indueret ægrotantes; nec pro Rotiris & Vicis tam inequo & curru quā pedatim itinerans, eorū, negotia, & iurgia diſſolvere; pro munere ſuo adimplendo, ne minimum intervallū exteri Indi ſaluti, & bonis officeret: Iuxta Iuſtinian. in auth: vt omnes obediant Iud. Prov. c. 1. in fin. coll. 5. ibi: *Hinc nobis multitudo plurima eſt interpellantium quotidiè; & crebro in talibus cauſis inquietamur paruarum gratia occaſionum, & ipſi multas ſuſtinentes importunitates, & videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimamque mulierum, ex proprijs locis agitatas, & ad hanc venientes felicißimam Ciuitatem; quorum plurimi etiam mendicantes, & afflicti hic agunt, interdum quoque hic moriuntur, circa ſublationem bouis, aut equi, aut (vt exiguum dicamus) domeſticæ gallinæ.* Quid aptius, & ſimilius Indorum cauſis? Iuncto Gregor. Lopez in l. fin. tit. 22. part. 2. gloſ. 1. verb. *Viuir*, & Acoſta de proc. ind. ſal. lib. 3. cap. 18. Iuſte igitur, te deplorant Indi, & deplorabunt in ſempiternum, dulciſsime mi Parens! Et nos ſemper reddemus Deo gratias, quod tanti patris dignatus eſt efficere filios.

1 Iuxta illud, Eccleſ. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam; quoniam in filijs agnoſcitur vir.* Vbi Ambr. in natali S. Euſebij. *Lauda poſt mortem, magnifica poſt conſumationem. Duplici tamē ex cauſa vtilius eſt Domini memoriæ laudem dare, quam vitæ, vt illo potiſsimum tempore, merita ſanitatis extollas, quando nec laudantem adulatio mouet, nec laudatum tentat elatio.* Antonius in Meliſſa, part. 1. ſerm. 51. *Antagenes dicebat ita viuendum eſſe hominibus, vt viui laudabiles ſint, mortui autem beati iudicentur.* Et Ælius Spart. de Nigro Imper. *Scribe laudes Anibalis, vel ſalicuius Ducis optimi vita functi, vt eum nos imitemur, nam viuentes laudare irriſio eſt, maximè Imperatores, ſe autem viuum placere velle, mortuum etiam laudari.*

2 Conſtat inter omnes ex publico, & notorio, & ex informatione, quæ penes me remanet, & conſtabit ex quodam decreto Viſitatoris D. Franciſci de Nettares Marin. in calce memorialis referendo, quod, vere ſingulare eſt inter Senatores Indiarum, & demonſtrat puritatem, & fidelitatem noſtri optimi Parentis.

3 Divus Gregor. Nazianzenus in funebr. orat. Patris dum eius laudibus inſiſtit: *Iuſtitiæ,* inquit: *Illius, quod maius, illuſtriuſque argumentum afferri poſsit, quam quod in magnis Reipublicæ muneribus, adminiſtrationibuſque verſatus, ne teruntio quidem facultates ſuas auxerit, idque cum alios cerneret manus inijcientes, & ſcelerato quæſtu turgentes: Sic enim opes iniuſtis artibus collectas voco.* Idem Caſiodorus ait, lib. 3. epiſt. 12. de Argolici parente, ideòque filius iure optimo decorandus Vrbana Præfectura prædicat ſic. *Accidit prouecti nobiliſsimus pater, qui Comitiuæ Priuatarum infulas, nullius à cerbitate calumniæ profanauit, qui affectans ſummæ commoda, pecuniæ neglexit aumenta, & quod rarum virtutis exemplum eſt, his egit ſe temporibus continentem, quibus crimen auaritia non habebat.* Quæ omnia magis fulgent in Parente noſtro, nàm idem Caſiod. lib. 6. epiſtol. 4. *Erit nimirum,* inquit, *magnum, & ſingulare præconium ſi Iudices non accipiant, vbi ſunt qui multum dare contendant.* Qua de cauſæ. *Nil ſtrictius, & enixius cautum, & repetitum in Magiſtratibus, & partibus Indiarum* apud Solorzan. *de iure Ind. 2. tom. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 18.

4 Secundum illud, Eccleſ. 46. *Et Iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non ſunt auerſi à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione.* Et Paralipom. 2. cap. 19. *Sit timor Dei vobiſcum.* Fero in acta, cap. 24. *In periculoſiſsimo ſtatu ſunt Iudices; tot enim arietibus impetuntur, vt niſi gratia, & timore Dei ſuffulti ſint, impoſsibile ſit, vt non aliquando à iuſtitia deflectant, aliquando enim amore, aliquando timore, aliquando cupiditate, aliquando ira conuincuntur, vt à iuſtitiæ recta via deuient. Gratia igitur, & Dei timor illis ſunt maximè neceſſaria.* Cui conſonat textus in l. 3. tit. 4. part. 3. ibi: *Y ſobre todo, que teman a Dios, que ſi a Dios temieren, guardarſehan de hazer pecado, y avrā en ſi piedad, y juſticia.* Et l. 1. tit. 9. lib. 3. & l. 17. tit. 3. lib. 7. Recop. & l. 8. & 9. tit. 12. part. 2. videndi Segura, & Azebedus, cum alijs, quos refert Bovad. *in Pol. lib. 1. cap. 3 à num. 26. & lib. 2. cap. 2 à num. 24.*

